

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 220. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732547824/facsimile.pdf> (tilgået 25. april 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

594 aciem educes plures milites leporinos, seu timidos et ignaros. In pace itaque nos ad bellum parabimus, ne adrientem ex improvise hostem excipiamus imparati, neve exoticis semper usuri simus militibus, quibus vix fidere licet.

597 Quocirca nos Succu vernas et indignas nostros Rusticorum filios armis semper assuetos externis semper praeferrimus, vicinorum clade edocti.

600 V.  
Ne gloriatur armis accinctus aequè ac discinctus: Fortuna enim Belli (quæ reverenter habenda) anceps est et in horas mutabilis.

603

VI.  
Temporis in Bello inutiliter triti et protracti; Proditionum impunitarum; Disciplinae militaris non excultae, sed ob nimiam indulgentiam prostratae; Stipendiorum gregario militi per furtiva Officiariorum subreptorum; vagarum Libidinum et Imprudentiae Bellicae fructus et effectus est Pax coacta, turpis, noxia, infamis, et in aeternum exitialis.

606

609

VII.  
Insignia et Privilegia antiquae et verae Nobilitatis non quibuslibet, multo minus iis, qui caput circumferunt tribus Anticyris insanabile, nec impetu coeco, nec quavis de causa tribuantur. Status enim et Ordines Nobilium, Ecclesiasticorum, Studiosorum, Mercatorum non sunt confundendi, sed intra suos limites coarctandi.

612

615

VIII.  
In aulis Principum pro uno Veritatis Praecone intrepido innumeri existunt Adulatores dolosi, qui oleum in auriculam Regis instillare norunt, scilicet: Veritas odium parit.

618

621